



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 11. A quo & quomodo taxandum sit stipendum pro Missa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

preces & eleemosynas annexas anniversariis docet Pasq. q. 1170. contra Tamb. quia de illis non loquitur prohibitio, ut nec de istis Missis ad quas sine stipendio congruo se homo privatus obligasset; id enim esset in præjudicium Ecclesiæ & successorum, Pasq. q. 1174. An autem Fratres Minores vi cuiusdam privilegii possint etiam nunc reducere Missam, examinat idem Pasq. q. 1182.

122. Q. 10. *An possit præscribi circa onera Missarum.*
R. Duxi de hoc l. 4. à n. 852. Hoc adde, quod Beneficiati, Capellani &c. non videantur posse præscribere, quod minus applicent fructum Sacrificii Fundatoribus aliisque, ad quorum intentionem legere tenentur ex stipendio singulis Missis respondente, nam obligantur hunc semper in singulis Missis ob tale stipendum applicare, ergo non appareat, quomodo præscribere possent, cum singula stipendia, si debeant fieri ipsorum, postulent applicari singulas Missas, ita Pasq. q. 1194. & satis insinuatum est l. 4. n.

833.

123. Q. 11. *A quo & quomodo taxandum sit stipendium pro Missa.* R. §. 1. Non est illicitum pacisci de stipendio pro Missa, & quando hoc videtur prohiberi, intelligi debet de pactione, per quam vendatur Missa pro pretio, Gob. n. 560. Posuntque etiam divites Sacerdotes, qui aliunde ex proventibus Ecclesiasticis sustentationem habent, exigere stipendium pro hoc ministerio Missæ, neque hoc prohibi um fuit, nisi quando vergebatur in præjudicium pauperum, uti habet communissima cum Pasq. q. 905. Adversa q. 11. s. 17. §. secundò. Gob. n. 569. contra S. Anton. Rich. Silv. Caj. Arm. Tol.

§. 2.

§. 2. Quamvis Trid. sess. 22. in Decreto de 124.
 obser. in celebr. mandet, ut Episcopus contra
 avaritiam Sacerdotum ordinet circa merce-
 dem, conditiones & pacta pro Missis, Episco-
 pus tamen non potest idem stipendium taxare
 pro omnibus, nam si Missa sit cantanda aut le-
 genda tempore vel loco incommodo aut lon-
 gè distante &c. potest exigi majus stipendium,
Bonac. Lugo Resp. mor. L. 5. dub. 18. Averfa §.
septimò. Sporer n. 359. Potestque pro Missa so-
 lenni exigi duplum vel triplum, quia longior
 est & difficilior ac habet plures Ministros, maxi-
 mè cùm secundùm dicta n. 49. probabile sit ha-
 bere majorem efficaciam ex opere operato,
Pasq. q. 912.

§. 3. Episcopus spectatis circumstantiis po- 125.
 test taxare rationabile stipendium, ità ut excel-
 sus sit injustus & restituī debeat, quamvis enim
 stipendium non sit propriè pretium Missæ, quæ
 in se est invendibilis, tamen imitatur rerum
 pretia, ideoque deberur ex justitia ad sustenta-
 tionem Sacerdotis, & quando negatur Sacer-
 doti, qui celebravit, huic contra negantem con-
 ceditur actio in foro externo, *Pasq. q. 904.* ergo
 sicuti id, quod supra legitimū pretium accipi-
 tur pro merce, debet restituī, ità hic, *Pelliz. Lug.*
suprà & De Euch disp. 21. f. 1.

§. 4. *Caj. Henrīq.* & alii putant, solum illud 126.
 stipendium esse justum, quantum requiritur ad
 sustentationem unius diei, additque *Petr. Nav.*
 nec lege, nec consuetudine posse minus induci;
 sed meritò sententiam illam rejiciunt *Suar.*
Vasq. Dicast. Gob. n. 563. quia per alia potest ac-
 quiriri victus quam præcisè per laborem mediæ
 horulæ; itaque hoc stipendium censeri de-

bet justum, quod lege vel consuetudine est taxatum.

127. §. 5. Si illi, qui Missas petunt, sponte velint dare majus stipendium, frustra prohibebit Episcopus, ne sic detur, aut à Sacerdotibus acceptetur, dicent enim se non dare vel acceptare velut stipendium pinguis, sed merè ut aliquid gratiis donatum, *Pelliz. Lugo, Pasq.* q. 929. Et similiter possunt Sacerdotes liberè acceptare stipendium minus taxato. Id unicum potest prohibere Episcopus, ne ex pacto plus exigant Sacerdotes, vel solvant alii, hoc enim unum est contra reverentiam Missæ & habet speciem avaritiæ, *Lugo* suprà.

128. §. 6. Sacerdos non ideo potest plus exigere pro Missa, quod nunc omnia ad sustentationem necessaria sunt cariora, nam etiam pecunia est hoc ipso carior & rarer secundum Sporer n. 359. Et saltem praxis ac Episcopi id non permittunt.

129. Q. 12. Quid præterea notandum sit circa Missam pro stipendio. R. seqq. §. 1. Quamvis n. 50. dixerim probabile esse, quod Sacerdos possit sibi retinere vel alteri applicare saltem partem fructus specialissimi, tamen celebrans pro stipendio debet habere tales intentionem, ut velit stipendium danti, hoc applicari, quod ei de jure debetur: Certum autem est, non posse ideo accipere duplicatum stipendium, nam Alex. VIII. damnavit hanc 8. prop. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licet accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urb. VIII.

130. §. 2. Quæ n. 66. & 97. dicta sunt de retinente partem